Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich).

Seite 123

Quelle:
Copyright:

Alchymia.

Cod. LX. deest

Chartac. 4to. Sec. 16.

1.
5. 1.

Continet plura opuscula chymica de conficiendo lapide philosophico:

1. - folio 1. - 6.

quod est quasi prologus ad opera subsequa; incipit: "Cui potest aurum conjungere cum sorore sua in "mundo nihil melius & reducere si quis scie"verit argentum vivum in quintam essentiam" et absolvitur folio 5to his verbis: "Et vere non vidi similem in toto artis / Et hic est finis Dg.". Immediate subjungitur: "Aristoteles vocat Solem "patrem et Lunam matrem omnium vegetabilium "quod inpregnat terram cum calore vivifico Corpus "convertitur in calorem nature que multiplicatur "cum adjutorio caloris Ignis per Artem magistery."

Alphidus, de Lapide.

2. fol. 6. - 16.

Titulum habet: "Alphidus. Incipit Allegoria "Alphidi phi de lapide / et natura ipsius / et quod "ejus secretum non debet revelari." Initium est: "De isto lapide loquitur Alphidus". Fol. 6. pagina aversa in superiori margine videtur esse textus Alphidi, inferiorem autem locum occupare Comentarius; id quod colligo ex ipsius auctoris verbis: "Senior introducit quendam / sic / veram "rionem leonis cujus statum narrabo prout jacet, "post exponam verbis planis Dicit ille sapiens